Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput II.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

ut familiæ decus, quod amplum a majoribus acce-
perat, maius et auctius posteris suis traderet.
Decrevit itaque maximarum artium præsidia,
quæ ad dignitatem, opesque augendas videban-
tur facere, sibi parare, consilio specioso magis
quam salubri.

Parisijs ab Ignatio Loiola ad studium
pietatis convertitur.

Caput II.

Academia Parisiensis

Erat illis temporibus Parisiensis Academia non
solum vetustate, famaque sapientiæ inclyta,
sed etiam et magistrorum præstantia, diuturnita-
teque pacis maxime celebris, acerrimis undi-
que ingenijs eo confluentibus, ut inde refer-
rent eruditionis eximiæ famam. Franciscus
ergo haud scientiæ avidior, quam gloriæ, ut
primum satis imbutus litteris sibi visus est,
Lutetiam ipse quoque iter contendit. Quo
ut primum pervenit, in Collegium S. Barbaræ

Collegium S. Barbaræ

doctoribus juxta discipulisque florentissi-
mum adscriptus, totam se Philosophiæ tra-

Studet Philosophiæ Parisijs

didit, facilius deinde ac tutius operam Divi-
narum rerum scientiæ daturus. Magno in-
cepto adhibebat maximarum rerum effectricem
constantiam. Non illum assiduus frangebat
labor, non ludus intempestivus, non volup-
tas, ceteraque ludicra ætatis [illegible]
avertebant ab instituto cursu, aut retar-
dabant: contraque in tanta Gymnasij fre-
quentia præstantium ingeniorum æmulatio, mai-

[illegible] stimulos

mine studiorum, ingenio[que] ... excellentis
... acerrime stimulabat. Itaque ... respon-
dit eventus. Philosophiae cursu ut ...,
sic feliciter confectis ... doctrinae sibi ..., se[d]
divinae etiam ... Itaque Gymnasii
moderatoris industria cum egregie ... probasset
suam, de more Philosophici Magisterii ...
et insignibus ornatus est: Philosophiaeque tra-
dendae praepositus, Aristotelem Parisiis publice
nec sine laude, aliquamdiu explicavit. Inde
animus a naturalibus rebus ad divinas verso
Theologiam persequitur eodem vel animi
ardore, vel tenore vitae. Inter haec Fran-
ciscus ... inter aequales, ut fit, nobilita-
tis, et digressionis ... extra modum sen-
tire prodibat. Monitores Joannes [illegible]
patrem, ut de illo domum revocando agitaret.
Erat Xaverii soror major natu Gandiae
(urbs est Hispaniae nobilis) Antistita
sacrarum Virginum, quas vocant ... vitae
asperitates Discalceatas appellant, Virgo
sanctimonia insignis. Haec patris voluntate
cognita, et quantus tandem vir Franciscus
esset futurus, edocta divinitus, Joannem
... monuit, ut Francisco ...
sis ... maximis ... excolendi
... suppeditaret omnia; nec sumptui
parceret, etiamsi ... in eas rem
... exhausti oportebat: quippe illum
a Deo ... ultimique ... A-
postolum destinarium. Extant ..., quas illa
litteras

Aristotelem Parisiis publice interpretatur. Studet Theologiae.

Vaticinatio de eius Apostolatu in ... ...

in Xaverio castello tertet vaticinationis, quam
suo deinde tempore comprobavit eventus. Itaque
Sororis filia, cuius eximiam sanctitatem explo-
ratam habebat, praedictione excitus, necessa-
rios subinde sumptus Francisco abunde
subministrans. Caeterum dum Xaverius
dignitatis magis, quam salutis memor
studia saecularia Divinae ad humana refert
praemia, inanibus eius contentionibus cae-
lestis vis intervenit: nominemque quidam
gloriae ad gloriosius piae sanctaeque vitae
curriculum aliquando traduxit. Versa-
batur Franciscus (ut paulo ante diximus)
in collegio S. Barbarae. Contubernales habe-
bat Fabium Allobrogem, mirum ingenio, quam
genere nobiliorem. Eodem tempore Ignatius
Lojola (is qui postea Societatis Jesu parens
et autor fuit) studiorum optimarumque
artium causa Lutetiam profectus, ad Phi-
losophiam primum, inde ad theologiam ap-
plicuit animum. Igitur ubi in Fabium
Xaveriumque incidit, contraxit eos celeriter
(ut fieri solet) ingeniorum studiorumque

Familiaritas ejus cum Ignatio

similitudo. Demum Ignatius ab iisdem in con-
tubernii utique societatem benigne receptus
gratiam utique bene cumulatam retulit.
Eximia quippe in ambobus indole ingenii
animadversa, animorumque sensibus perspe-
ctis, paulatim cor eorum delinire, salubribus
praeceptis pro re nata excolere, atque ad
Christianae vitae perfectionem allicere coe-
pit. Reputarent secum non ad brevem hanc

Ignatij monita.

et miseram

Et miseram vitam natum esse hominem
immortali animo praeditum, sed ad sempi-
ternam illam beatamque: Et meminerint, quae mor-
talis cernerent mortalibus non tam ad fru-
endum utendumve tradita, quam proposita
ad cognoscendum, diligendumque Deum aeter-
nis hic propriis bonis caduca et commodata
ducerent leviora. Quid enim prodesse homini Matth.
si universum mundum lucretur, animae vero
suae detrimentum patiatur. Jam si ipse Dei
filius certissima salutis praesidia reliquisset
hominibus, quod tandem consilium esse,
sine his munimentis inter infesta hostium
tela versari? Quocirca subinde (: si se ipsum
audirent :) octavo quoque die Sacramentis,
Confessionis et Eucharistiae animum salutemque
suam communirent; quippe caelestibus his ex
armis tectos facile hosti resistere, nudos
iugulum dare. Eadem monita haud qui-
dem ab utroque auribus, animisque audita.
Faber, qui humanum nihil magnopere expe-
teret, avide arripuit: at Francisci animo
amplitudinis cupidine occupato, penitus
exclusit. Erat Xaverio vividum, sed tra-
ctabile ingenium, nisi natura mala consue-
tudo corrumperet. Itaque ingenti spiritu iu-
venis proterve promtitoque obloquens ultro
Ignatii dicta, ipsumque Ignatium corpore
pietatemque eius egregiam petulantius inter-
dum illudere. Ille contra iuvenili ferociâ erat Xaverii fervi-
tantem obsequiis omnibus permulcere. Nec Ignatii simulter
fugere

Vicit denique patientia pervicaciam. Xaverius ut erat generosus et nobilis :: paulatim tanta moderatione ac facilitate mitigatus respexit primum, quam excogitarat: ad extremum Divino tactus spiritu, totum se illi regendum gubernandumque tradidit. Ceterum magni refert, quam vacuo liberoque animo ad Deum accedas. Fabrum quidem rerum mortalium contemptorem, et quadriennium jam ex Ignatij praescripto sacra mysteria frequentantem, haud aegre pellexit caelestis vitae dulcedo, ut Christum ducem expeditus nudus sequeretur. At Xaverius ut qui adhuc imaginarijs honoribus, spei suae indulgeret, quanquam idem vitae genus amplecti, tamen Spiritui S.to obstinate resistebat, quominus Christum Ducem sequutus egrederetur ad eum extra castra eius improperium portans. Juvenis caetera

Ad Heb. cap. 13.

pius et facilis, ab hac una parte durus erat. Eo impensius illum Ignatius flens deprecabatur a Deo, nec incassum missae preces. Tandem assiduis eius lacrymis animus Francisci mollitus flexitque injectaque divinitus ingenti salutis cura, aliquando colligit se, et quae in utramque partem hinc cupiditas, hinc pietas subjiciebat, inter se conferre et aestimare tacitus coepit. Vocantem Deum audiam, nudúmque Christum nudus sequar? Ad durum vitae genus et abjectum erit subeundum. Dei voce contempta, vitae splendorem meúmque retineam institutum? Enimvero periculum est, ne si, nolente Deo, remanserim; ista ille in meo interitu rideat. Quam tandem crucis acerbitatem probrúmque perferre potero? Quid igitur

Francisci deliberatio de vitae ratione mutanda.

igitur! [illegible] aggregari. inimicis crucis Christi: quorum finis interitus, et gloria in confusione ipsorum. Ad Philip: c. 3.
Quo ore notorum oculos quibus auribus sodalium feram voces. At sermonibus hominum ab honesta beataque vita revocari, summae non modo levitatis est sed etiam dementiae. Quid inopinatus hic nuncius quam acerbum cognatis et parentibus inuret dolorem? Parentumne aut cujusquam mortalium amor me plus quam mea salus, plus quam Dei Christique ipsius caritas tanget? Talibus curis in diversa trahentibus, anceps ac dubius nutabat animus. Diebus aliquot inter has cogitationes absumtis, ad ultimum pertinacia victa est, vergentique Deo manus dedit. Extemplo in contrarium mutus aspicere coepit in auctorem fidei et consummatorem JESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemta. Ad Heb: cap. 12
Ac primum quidem, quo adminiculo creatus erat, eodem innixus Ignatio sterit. Inde quasi ab secunda origine laetius ac felicius renatus, egregius Christianae virtutis dedit fructus, Ignatii iam similior, quam sui.

Xaverius fervens in domando corpore ac studio perfectionis

Cap. III.

Nam brevi ardentius sui abjectionem et crucem quaesivit, quam dignitatem antea & honorem quaesierat. Id adeo proprium est ferme praestantium ingeniorum, ut quamcumque in partem se dederint, eo toto animi ferantur impetu. Francisco itaque Sanctitatis palmam petenti, prima (: ut assolet :)

orta